

meti forum propter contractum minime forciatur, ut jam supra, num. 14. præmissimus, quia ut communi pariter tenetur respondere.

Ibi: *Quid ergo si contractus.*

17 Qui contractus ratione alicubi potest conveniri non excusabitur, nec jure revocandi domum juvabitur, quantumvis ex causa necessaria ad locum accesserit: focus erit dicendum de originis foro; nam si ex necessitate in patriam venerit, ibi ad litigandum per creditores non constringetur. Ratio differentia in eo constituitur, quod ille forus à principio fuit voluntarius, & necessarius iste. Petr. Barbosa in d. §. Legatis, num. 357. & in l. Hæres absens, §. Proinde, num. 44. de judic.

Ibi: *Hic equidem libenter.*

De his actum supra, num. 16.

Ad Num. 4.

18 Si Legati aut alii privilegiati, non cessante munere, aut causa residendi in Curia, ibi iudicio egerint, reconveniri poterunt. Illud questionis est, an responderi teneantur, si à quibuslibet suis creditoribus eos conveniri contingat: Quæ controversia de jure communi procedit ex textu in l. 2. §. Sed et si agant, ff. de judic. ibi: *Sed et si agant, compelluntur se adversus omnes defendere.* De qua Petr. Barbosa in d. §. Legatis, à num. 215. Ant. Fab. in ration. ad d. §. Sed et si agant, Duaren. ad tit. de judic. ubi de for. compet. Ant. de Matth. tract. de prorogat. num. 51. in princ. & vers. Septimo limitatur, ubi pro opinionum concordia Legatos à cæteris privilegiatis distinguit. De nostro jure Regio Paritarum aperta extat decisio in l. 4. tit. 3. p. 3. quæ reconventionem duntaxat contra Legatos, ac similes permittit.

19 Sed si Legati, & reliqui in iudicio compareant propriam prosequentes injuriam, velut damnum, vel violentiam sibi illatam refarciri postulantes, tunc quidem locus reconventioni non præstabitur, d. §. Sed et si agant, d. l. 4. Partit. Petr. Barbosa sup. num. 229. Duaren. ubi proxime, Ant. Fab. in ration. d. §. Sed et si agant, Ant. de Matth. d. num. 51. vers. Non ubi prosequeretur. Ad hæc si nomine alieno egerint dum legationis

munere funguntur, proprio reconveniri vetantur. Ant. de Matth. d. num. 51. vers. Septimo limitatur. Tandem si quis adeat Curiam appellationis prosequendæ gratiâ, non reconvenitur ab appellato coram iudice ad quem. Greg. Lop. in d. l. 4. gloss. 4. Ant. de Matth. n. 48.

Est observandum quod Legatus dum 20 munere suo fungitur, nulli alii negotio proprio vel alieno incumbere valet, nec libellum offerre, nec in iudicio agere, nisi Principis licentia intercedat, l. Paulus 8. §. ult. l. Legatus 10. l. Is qui 15. de legation. Ant. Fab. in d. §. Sed et si agant, Petr. Barb. in eod. §. Legatis, num. 123. Ant. de Matth. num. 51. & contrahens cum Principis facultate ubicunque. Romæ omnino respondere compellitur. Petr. Barb. num. 131.

Legati & alii si post finitam legationem vel causam necessariam in Curia persistant, ibi ut quilibet conveniri poterunt: quod ita est accipiendum, ut aliquid temporis illis tribuatur à die extincti muneris ad comparanda quæ ad iter desiderantur. Petr. Barb. n. 190. Ant. de Matth. num. 50.

Tandem addere libet, quod Legatus 22 sicut iudicium suscipere non compellitur, ita nec jurare cogendus, si judicialiter conveniatur, ut actionem excludat, l. Sed et si 28. §. 1. de judic. Duaren. ubi sup. Ant. Fab. in ration. ad d. §. 1. quod si actio ejus sit natura, et temporis lapsu pereat, privilegiari licem contestari debent, dilato actionis exercitio, & ad domicilium remisso, d. l. Sed et si, §. Sed et si dies. Ant. Fab. in ration. ad l. 2. §. In omnibus, de judic. Duaren. sup. Petr. Barb. num. 195. Imò si oporteat instantiam prosequi usque ad sententiam, privilegium revocandi domum cessabit. Barbosa num. 210. & hæc generaliter traduntur in d. §. In omnibus, ubi regula constituitur, ne privilegium creditoribus officiat, qui temporali nituntur actione. Consultè Fabrum ibi. Hæc utique obtinebunt in cæteris, quibus competit revocandi domum privilegium.

SUMMARIUM.

- 1 Non licet in prima instantia agere coram Principe, nec iudicibus Regii Prætorii, etiam ubi illud residet.
- 2 Excipiuntur casus aliqui de Curia dicti, de quibus remissivè.
- 3 Item casus miserabilium personarum, &

- & alie, si adversum potentiores proponatur controversia.
- 4 Instantia prima capta in Cancellaria, in ea finire debet, etsi cesset privilegium, aut ratio propter quam causa fuit admissa.
 - 5 Quid ex contrario, si causa pendente coram ordinario, litigante privilegium superveniat.
 - 6 Personæ miserabiles an valeant in laicos Ecclesiasticum adire Tribunal? & num. 8.
 - 7 Quid de cæteris, si iudex secularis jus reddere omiserit.
 - 9 Pupillus, & qui in utero est, eo gaudent privilegio, ut causas suas deferant in prima instantia ad supremam Prætoriam.
 - 10 Orphani eodem potiuntur privilegio, & qui tales censentur, & n. 11.
 - 12 Vidua pupillus & alii similes prefato privilegio juvantur, tametsi divitiis affluant, & n. 13.
 - 14 Pauperes audiuntur in prima instantia apud Cancellarias.
 - 15 Qualis probatio paupertatis desideretur.
 - 16 Paupertate laborans ex propria culpa, an excludatur ab illo privilegio.
 - 17 Quæ maritum occidit, non gaudet viduitatis privilegio.
 - 18 Quis poterit pauper, ut prefato potestatur privilegio, & n. 19.
 - 20 Persona miserabilis quis habeatur, ut hujusmodi privilegium obtineat, & n. 21.
 - 22 Privilegiis intuitu paupertatis, ac pietatis concessis renunciandi nihil agit.
 - 23 Quæ causa deferantur in prima instantia per privilegiatos ad Curiam.
 - 24 Advocati tenentur egenis patrocinari absque honorario.
 - 25 Ad idem sunt stricti iudices, procuratores, & tabelliones.
 - 26 Quid si aliter fecerint, peccant, & restituere debent, si quid acceperint.
 - 27 Divites an cogantur alimenta, & litis expensas exhibere adversario inopi, & num. 28. & 31.
 - 29 Liberi agentes ad parentum hereditatem, an & quando alimenta, ac sumptus litis exigere valeant, & num. 30. 32. & 34.
 - 33 Pro sententia præsumitur, licet ab ea provocetur.
 - 35 Ut alimenta, & litis sumptus litiganti tribuantur, semper paupertatis probatio præcedit, & qualis sufficiat.

- 36 Paupertate utrinque probata, sumptuum litis, ac alimentorum cessat exactio.
- 37 Pauperi agenti ad quantitatem, aut rem singularem, num sumptus litis, & alimenta præstentur.
- 38 Pauper an teneatur ad restitutionem alimentorum, ac expensarum, quas litigans accepit, & num. 39.
- 40 Quantitas pro alimentis, & expensis iudicis arbitrio assignatur.
- 41 Cui præstatur litis sumptus, alimenta non denegantur: sed aliquando regula fallit.
- 42 Filio cum patre litiganti super filiatione, hic alimenta, & expensas exhibere compellitur.
- 43 Quod procedit, si filius aliunde non habeat.
- 44 Assignatio alimentorum, & expensarum nullum parti præjudicium quoad causam principalem.
- 45 Qui tanquam filius alimenta, & litis sumptus percepit, quavis succumbat in causa, non tenetur ad restitutionem, & num. 46.

CAPUT VI.

Nemini regulariter licet omisso iudice inferiori competente, apud Principem, seu Cancellarias in prima instantia causas suas civiles, vel criminales agere, l. 8. tit. 3. lib. 4. Recop. ubi Azeved. Castill. controvers. lib. 3. cap. 25. num. 8. in fin. Cujac. in paratit. ad tit. C. quando Imper. int. pupil. Trenacinq. variar. lib. 2. tit. de citationib. resol. 2. num. 4. Pichard. manu. duct. ad prax. part. 1. §. 2. num. 2. Paz prax. tom. 1. temp. 1. num. 19. Duaren. ad tit. de judic. §. de for. comp. Monter. prax. tract. 5. in princ. Carleval. de judic. lib. 1. disp. 2. num. 576. & 583. quod etiam observatur in civitatibus, ubi suprema resident prætoriam, l. 21. tit. 5. lib. 2. Recop. Alioquin processus nullitatis defectu laborabit, quæ exceptio in quovis litis statu opponi permittitur. Paz d. temp. 1. in fin.

Ad Num. 1.

Plures sunt casus, Curie, vocitati, 2 quia de illis Senatores in prima instantia cognoscunt, de quibus in l. 8. 9. 12. tit. 3. l. 5. tit. 13. lib. 4. l. 4. tit. 15. lib. 9. Recop. I op.

cop. eosque recensent Greg. Lop. in l. 5. gloss. 2. tit. 3. p. 3. Carrasc. tract. de casib. Cur. à n. 2. Azeved. in d. l. 8. & 9. Recop. Monter. ubi proxime, Cur. Philip. part. 1. §. 9. num. 7. cum seqq. De illis, qui Curiam Principis sui juris persequendi gratiâ in prima instantia adire possunt juxta legem unicam, C. quand. Imperat. ut pupillus, vidua, miserabileque personæ, ultra nostrates nuper laudatos, agit Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. cas. 65. num. 3. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. num. 58 Gail. lib. 1. observ. 1. Duar. ubi sup. Afflict. decis. 257. Cujac. & Castill. ubi proxime, Didac. Perez in l. 1. verb. Pobres, tit. 1. lib. 3. Ordin. Amat. variar. part. 2. resol. 65. num. 51. Carol. de Tapia in constit. Statuimus, de offic. magistr. judiciar. num. 20. Mascard. de prob. concl. 1065. Escob. de ratiocin. cap. 7. ex num. 56. Cancr. variar. lib. 2. cap. 2. à princ. Barb. pluribus congestis in collect. ad d. l. unic. C. quand. Imper. cui conveniunt lex 41. tit. 18. lex 20. tit. 23. part. 3. Salgad. Labyrinth. credit. p. 1. cap. 7. n. 45. Tondut. de prev. jud. p. 2. c. 59. n. 45.

Ibi : Nam praxis idem admisit.

3 Dubium non est, quin persona miserabilis causas suas deferre valeat ad Curiam, etiam si adversarius non sit ex potentioribus, ut sentiunt omnes prælaudati; nam & cæteris non privilegiatis subvenitur, ut ad Curiam auxilium confugiant, quoties potentiam collitigantium formidant. Escob. num. 61. Barb. num. 22. Canc. num. 18. Mastr. num. 166. Azeved. in d. l. 8. num. 2. Carlev. n. 629.

4 Licet causa cesset privilegii post ceptum apud Curiam iudicium, veluti si vidua nuptui se tradat, aut pauper hereditate quaesita distecat, ibidem liti finis debet imponi. Mastril. num. 165. Barbosa num. 19. Tapia sup. n. 15. Amat. ubi proxime, Trentacinq. num. 15. Carlev. num. 618. Salg. sup. num. 83. & alii ab ipsis laudati.

5 Quid è contra si mota lite coram inferiori, privilegii causa superveniat? ut si uxor de viri licentia agens in iudicio illius obitu ad statum viduitatis deveniat, aut dives jam lite contestata, subito fortunæ casu pauper fiat. Et causam ad Curiam revocari posse, probat Cabed. Lusti decis. 24. & 25. ubi num. 8. id expressim decisum illius regni ordinamento testatur quoad pupillos, ac viduas, Verùm apud nos, qui absque fori

declinatione coram inferiori comparens litigat, et si casum Curia habeat, amplius suo privilegio uti non valet. Carrasc. sup. num. 64. D. Covar. infra, cap. proximo, n. 5. vers. Nonò ubi lis, Azeved. in l. 8. num. 5. tit. 3. lib. 4. Recop. & in praxi receptum habetur, quanquam de jure communi contrarium haud paucis placeat, quos refert Barbosa d. collectan. num. 11. Advertere oportet, quod non obstante praxi nostra, posset Cabedi sustineri decisio; etenim qui privilegio gaudens illud contemnit, dignus est ut amplius eodem non juvetur, cui renunciasse censetur, argumento legis Quæritur 14. §. Si venditor, de adilit. edit. hoc autem imputari nequit ei, cui post litem ceptam privilegium calamitas tribuit, de quo latè Carlev. sup. num. 635. cum seqq. Salgad. sup. n. 79.

Ibi : His & illud convenit.

6 Laici forte miserabiles adversus laicos agentes de rebus profanis, ob negligentiam Judicum secularium ad subsidium Tribunalis Ecclesiastici refugere permittuntur. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 66. num. 5. Marant. de ordin. judic. part. 4. dist. 9. num. 195. Greg. Lop. in l. 48. gloss. 8. tit. 6. p. 1. Did. Per. in l. 1. verb. Pobres, vers. Cum jam, tit. 1. lib. 3. Ordin. & alii per plures apud Bobad. Politic. lib. 2. cap. 17. num. 108. lit. D. & Barbos. in collect. ad cap. Ex tenore 11. num. 3. de for. compet. Velasc. de privil. paup. part. 1. quest. 52. num. 13. qui ita tenet etiam absque omissione iudicis laici. Verùm hæc in praxi non sunt admitenda, nisi ubi propter distantiam nimiam miserabili recursum ad superiorem laicum deficiat, ut observant Greg. Lop. & Bobad. imò nec in istis amplissimis indiarum plagis id obtinuit privilegium unquam percepit.

7 Non defunt qui opinentur, idem refugium omnibus fore commune, cum Judex laicus notoriè justitiæ denegat administrationem: eos refert Barbosa in collect. ad cap. Licet ex suscepto, num. 2. de for. compet. Valasc. sup. num. 12. quibus refragatur dicta lex 48. Partit. Bobadilla, & alii communiter.

Vers. Imò & in hoc tractata.

8 Pauperibus, cæterisque miserabilibus fori electionem competere, ut in quo maluerint, Ecclesiastico vel Seculari,

lari, suum jus etiam in laicos persequi possint, communis docet opinio, pro qua sunt plures, quos in unum congregat Barbosa in collect. ad cap. Ex parte 15. num. 1. 6. 7. de for. compet. & Velasc. de privil. paup. quest. 52. n. 13. qui ex n. 39. pro viribus contendit, id pauperum privilegium esse de jure regio omnino observandum, non obstante lege 10. tit. 1. lib. 4. Recop. Apud nos oppositam sententiam praxis amplectitur, valde enim cavendum, ne confusio jurisdictionum ansa præbeatur, cui pluribus Regiis Sanctionibus est prospectum, l. 5. tit. 3. lib. 1. l. 3. 4. 10. tit. 1. lib. 4. Recop. adnotant Molin. de primog. lib. 2. c. 15. n. 76. vers. Sed hæc opinio, Menoch. & Bobad. ubi proxime, Azeved. in d. l. 10. Recop. n. 47. Castill. de aliment. cap. 6. n. 6. & n. 5. alios refert: ipse tamen unum excipit casum scilicet si alimenta testamento pauperi relinquuntur, quod tamen factis est controversum, ut ibi apparet, ubi Meli. in addit. num. 2. cum Castillo tenet communem. Et præmissa praxis in Regiis Auditoriis Hispaniæ viger, licet pauper simul oppressus, sive spoliatus reperitur. Castill. num. 19. & 20. Eo tamen casu possit fallere, si judex laicus abesse, & periculum immineret ex mora. Bobad. d. cap. 17. n. 109. & 110.

Ad Num. 2.

9 Adde Cujac. & Alciat. in l. Pupillus 239. de verb. signif. Pupillus dicitur à verbo Pupo, id est puero. Narbon. de stat. ad act. hum. reg. ann. 7. q. 3. Is autem qui in utero est, licet appellatione pupilli non contineatur in favorabilibus, quia pro nato est, l. Qui in utero 7. de stat. hom. pupillus tamen censetur. Bald. cons. 458. in fin. Tusch. lit. P, conclus. 423. num. 5. Barbosa de appell. verb. jur. sign. appellat. 230. Unde qui nondum editus patrem amiserit, si ejus nomine agatur, gaudebit privilegio dictæ legis unice, C. quando Imperat. Thom. Valasc. alleg. 65. n. 13. tom. 1.

10 Orphanorum nomine etiam puberes intra vigesimum quintum annum continentur, si patre auerint, l. Orphanotrophos 30. de sacros. Eccles. Cujac. in paratit. ad tit. C. de Episcop. & cleric. Joan. Corras. tract. de invent. n. 5. Similiter de jure nostro huersano dicitur major quatuordecim annorum patre orbatus, ut in rubric. & l. 13. cum seqq. tit. 16. part. 6. Atque ita quicquid de D. de Faria Covar. Encl.

jure communi sit, ex Regio nostro secundum propriam vocis significationem istud privilegium puberibus infra legitimam ætatem conceditur, cum leges Regiæ de illo agentes, verbo huersano utantur, l. 5. tit. 3. l. 41. tit. 18. l. 20. tit. 23. part. 3. atque ita observatur. Gregor. Lop. in dict. l. 5. gloss. 4. ac in d. l. 41. gloss. 1. Escob. de ratioc. cap. 4. n. 60. Carrasc. de casib. Cur. num. 17. Monter. Prax. tract. 5. cap. 1. num. 10. Villad. polit. lib. 1. c. 1. num. 9. Cur. Philip. part. 1. §. 9. n. 12. Carleval. de judic. lib. 1. dist. 2. n. 532. 565. & 566. Orphanus intelligitur etiam qui genitricem habet, ut præcitati sentiunt, & omnes: aliud tamen sentit Didac. Per. in l. 1. verb. Pobres, vers. Item est notandum, tit. 1. lib. 3. Ordin. Jure communi pupillus extra patriam potestatem constitutus quomodolibet, juvatur Imperiali constitutione, Barbosa in collect. ad l. unic. n. 33.

Idem jus tribuendum videtur orphano, qui patrem inutilem habet, velut captum apud hostes, absentem absque spe revertendi, vel perpetua agritudine vexatum, argumento eorum quæ de femina nupta inepto viro traduntur per DD. à Barbosa laudatos ubi proxime, num. 9. propter rationis identitatem, l. Illud 32. ad l. Aquil.

Ibi : Obinet tamen hoc privilegium.

Vidua, atque orphanus, et si divitiis affluant, à beneficio tamen miserabilibus indulto non remouentur; nam adhuc in miserando versantur statum. Gregor. Lop. in d. l. 41. gloss. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 66. num. 4. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de citat. resol. 2. num. 16. Azeved. in d. l. 8. tit. 3. lib. 4. Recop. n. 9. Did. Per. sup. vers. Cum jam sit, & vers. Hinc dicit Angelus, Gail. lib. 1. observ. 1. num. 39. Carrasc. de casib. Cur. num. 20. Mascard. de probat. conclus. 1065. num. 4. quibus jungendi plures quos cumulat Barbosa d. collect. num. 20. Contra sentientes exhibent Trentacinq. & Mascard. necnon Velasc. d. quest. 52. num. 35. omnino videndus, & Carlev. n. 511.

13 Quod ampliatur ad alias personas miserabiles, non pauperes. Did. Per. vers. Item causa privilegii, Azeved. ubi prox. Sed in praxi minimè receptum testatur Greg. Lop. in d. l. 41. gloss. 2. in fin. de senibus ac valetudinariis differens, quanquam hi in miserabilibus numerentur

in dict. l. 4. l. 2. o. tit. 23. part. 3. & communiter per Interpretes. Orphanus vero, qui veniam aetatis impetaverit, eo privilegio carebit, Carrasc. sup. ex n. 22. Similiter qui rationes administratae alibi tutelae minor sibi reddi in Curia postulaverit, non audietur, sed ad locum administrationis remittetur. Escobar de ratioc. lib. 1. cap. 7. num. 56. ubi limitat, Carlev. num. 651.

Verf. Secundus subsequitur casus.

- 14 Pauper in prima instantia auditur apud suprema Tribunalia, l. 41. tit. 18. l. 2. o. tit. 23. p. 3. ubi Greg. Lop. & in l. 5. gloss. 5. tit. 3. ead. Partit. Carrasc. n. 44. Did. Per. ubi sup. verb. Pobres, Cur. Phil. d. §. 9. num. 11. Azev. in d. l. 8. Recop. verf. T personas miserables, Trentac. num. 32. Castill. controverf. lib. 3. cap. 25. num. 18. Monter. dict. cap. 1. num. 9. Velasc. sup. quest. 5. num. 16. Carlev. de judic. lib. 1. disp. 2. num. 561.

Ibi: Ad hunc vero effectum.

- 15 Qualis probatio paupertatis desideretur, ut locus sit privilegio dictae legis unice, tradunt Castill. ubi proximè, Velasc. quest. 5. num. 16. Barbosa in dict. collect. num. 36. Azeved. in l. 8. num. 14. tit. 3. lib. 4. Recop. Monteros. sup. num. 16. Carrasc. num. 227. verf. Secundo declaratur, Cur. Philip. dict. §. 9. in fin. Carlev. num. 563. Vide infra, n. 18.

Verf. Sed si quis in paupertatem.

- 16 Solet generaliter controversi, an pauper effectus proprio crimine, vel culpa, gaudeat privilegiis, quae miserationis gratia egenis jura concedunt? De quo cum D. Covar. actum in addit. variar. lib. 2. cap. 16. ex num. 87. ubi in favorem paupertatis resolvitur, nisi quis datâ operâ in inopiam labatur. Adde Velasc. quest. 54. per tot. & num. 8. in specie dictae legis unice D. Covar. sententiam cum aliis amplectitur: idem tenet Barbosa ubi proximè, Azeved. in d. l. 8. ad fin. Dissentit Trentacinq. d. resol. 2. n. 32. alios referens, sed à traditis in dict. cap. 16. recedere non oportet quoad rem, de qua in praesenti, de quo Carlev. num. 616.

Ibi: Quod si vidua maritum.

Vidua quae virum enecuit, aut ad necem illius cooperata est, hoc, & aliis viduitatis prerogativis redditur indigna, Azeved. in l. 8. num. 11. tit. 3. lib. 4. Recop. Mexia in pragm. tax. pan. concl. 1. num. 10. Barbosa sup. n. 23. Trentac. dict. resol. 2. num. 16. verf. Haec conclusio, in fin. Cur. Phil. n. 13. Carlev. n. 559.

Ad Num. 3.

18 Pauper quis censetur quoad hoc privilegium, apud nos videtur definitum, ut sit ille, qui tria millia marapetinarum in bonis non habet. Azeved. ubi proximè, num. 14. verf. T personas miserables, Monter. d. cap. 1. num. 16. Sed verius est hoc judicantis arbitrio relinqui. Greg. Lop. in l. 2. o. gloss. 2. tit. 23. part. 3. Carrasc. de casib. Cur. n. 46. Didac. Perez in l. 1. verb. Pobres, tit. 1. lib. 3. Ordin. Et regulare est, quoties quaeritur an aliquis egestate laboret, Meli. in addit. ad Castill. de aliment. cap. 1. n. 13. Velasc. cum plurimis q. 1. n. 75. Carleval. de judic. lib. 2. disput. 2. num. 562. & diximus in addit. variar. lib. 2. cap. 6. n. 42. Sed quae probatio paupertatis sufficiat, pro negotii qualitate Judex quoque arbitrabitur. Velasc. quest. 5. num. 50. quem consulere oportet ibi, ac in dict. quest. 1. si de paupertatis probatione agi contigerit; nam non semper eodem modo probanda, & in causis tenuis praescripti sufficit communis estimatio. Greg. Lop. ubi proximè, Velasc. quest. 5. num. 32. ubi alii. Vide sup. num. 15.

19 An ille, qui nihil in bonis habet praeter alimenta sibi assignata, debeat pauperibus jungi, ut isto juvetur privilegio, quaerit Carrasc. sup. num. 47. Et inficiatur, quia ipse pauper non est. Surd. de aliment. tit. 7. quest. 37. num. 7. nisi ita exigua sit alimentorum praescripta quantitas, ut alimentarius liberorum numero, vel alia ex causa egerere noscatur.

Verf. Relinquendum tamen est.

20 Miserabilis persona aestimabitur, qui in eo statu fortunae injuriâ versatur, ut naturaliter prudentium animos ad pietatem, & commiserationem inducat: hoc cum multis, variisque causis contingere

tingere soleat (nam homo miseris repletur multis,) ideo definiti nequit quibus sit hoc privilegio intuitu miserationis subveniendum. Plures recensuere Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de citatione. resol. 2. ex num. 25. Didac. Perez ubi proximè, Carrasc. sup. Masc. d. concl. 1065. n. 2. Barbosa in collect. ad d. l. unice. num. 25. 29. 30. Carlev. sup. d. disp. 2. num. 599. 602. 630. & 649. qui alias limitationes, pluresque ampliaciones ad eam constitutionem congestit: eas iidem exhibet Trentacinq. d. resol. 2. Illud libet adjicere, quod si post inchoatum judicium non privilegiato ligantia privilegatus succedat, causa ad Curiam revocari nequit. Cancr. sup. num. 27. Barbosa num. 13. ubi alios Interpretes videndos laudavit.

Ad Num. 4.

21 Hoc tamen arbitrium quoad statum miserabilem, ac paupertatis excluditur, quoties lege cautum reperitur quis miserabilis, pauperve sit quoad aliquos juris effectus. Greg. Lop. in l. 2. o. gloss. 2. tit. 23. p. 3. Velasc. d. quest. 4. n. 78. Sicut in eadem lege regia inter miserabiles numeratur, qui ex prosperitate, affluentiaque divitiarum in infimam forem infortunio dejectus miseram degit vitam, etsi alius pauper non putaretur: observat ibi Greg. Lop. illud Boëtii, infelicitissimum infortunii genus est, fuisse felicem. Carrasc. de casib. Cur. à num. 52.

22 Privilegiis pauperum, ac miserabilium renunciatis nihil agunt, quia contra bonos mores, ac pietatem est, ut non subleventur oppressi. Glossa verb. Excedere, in l. unice. C. quand. Imperator, &c. Trentacinq. sup. num. 37. Cancr. num. 30. Castill. controverf. lib. 3. cap. 25. n. 7. Velasc. quest. 47. num. 10. & in specia lib. post quest. 55. num. 5. August. Barbosa cum pluribus in collect. ad d. l. unice. n. 41. Carleval. d. disp. 2. num. 598. & 603. cum segg. At tacita renunciatio sustinetur, ut si pauper promittat se certo loco soluturum; nam ibi conveniri poterit. Petr. Barb. in l. 1. art. 4. num. 69. de judic. August. Barb. in collect. ad cap. dilecti, de for. compet.

23 Sunt nonnulli casus, in quibus non est locus privilegio dictae legis unice, etsi personae alias privilegiate existant: hi apud nos in praxi excipiuntur, causa criminales, super debitis regalibus, exequentivae, si apud inferiorem judicem abque fori declinatione per litis contestationem ceptae, si non excedant quantitatem decem mille marapetinarum, similiter si privilegiatus contra pariter privilegatum contendat, de quibus Carrasc. ex n. 71. Monteros. tract. 5. cap. 1. num. 11. Cur. Philip. part. 1. §. 9. num. 15. 16. August. Barbosa in collect. ad d. l. unice. n. 25. 29. 30. Carlev. sup. d. disp. 2. num. 599. 602. 630. & 649. qui alias limitationes, pluresque ampliaciones ad eam constitutionem congestit: eas iidem exhibet Trentacinq. d. resol. 2. Illud libet adjicere, quod si post inchoatum judicium non privilegiato ligantia privilegatus succedat, causa ad Curiam revocari nequit. Cancr. sup. num. 27. Barbosa num. 13. ubi alios Interpretes videndos laudavit.

Glossa verb. Implorando, in cap. 1. de 24. offic. Ordinar. docet Advocatis quondam de publico salaria fuisse constituta, quam reprobant D. Covar. variar. lib. 3. cap. 14. num. 1. Barbosa in collect. ibi, num. 5. Imò Neronis constitutione cautum fertur, ut Advocati, nullo interveniente honorario, litigantium clientelam susciperent, ut ex Alexand. observat Menoch. d. arbitrar. lib. 2. casu 369. quod jure ad pauperes restrictum est, ceteri namque mercedem advocacionis pendere cogebantur, l. 1. §. In honorariis, de var. & extraord. cognit. Trajanus ante omnes Patronos de publico, stipendiis praestitis, pauperibus deputavit, quod in quavis Republica bene instituta servari oportet, ut cum D. Covar. adnotat Benincaf. de paupert. q. 7. num. 19. inhumanum quippe foret, ege-num cum divite in judicio contendentem, utili advocacionis juvamine destitui, aut id minus idoneum emendicatum querere, l. 1. §. Ait Praetor, de postuland. cum inter litigantes quoad patrocinium omnimoda desideretur aequalitas, l. Providendum 7. C. eod. Unde apud nos stabilitum, ut Advocati pauperum expensis publicis designentur, & ubi desunt, quisque pro inopibus gratis patrocinari tenetur, ac per Judicem jure compelli poterit, l. 6. tit. 6. par. 3. l. 16. tit. 16. lib. 2. Recop. Greg. Lop. in l. 16. gloss. 7. tit. 9. part. 2. Menoch. d. casu 369. à princip. Salgad. Labyrinthi p. 1. cap. fin. num. 112. Bobad. Polir. lib. 3. cap. 13. n. 16. Azeved. in d. l. 16. Recop. Paz Prax. tom. 1. annot. 5. n. 65. Barbosa in collect. ad cap. Ex literis. num. 2. de offic. Ordin. Maltril. de Magistrat. lib. 5. cap. 8. in fin. Menchac. illustr. lib. 1. cap. 41. num. 3. Pichard. in §. Tam autem. n. 8. Instit. de inoffic. testam.

Avil. in cap. 7. Prætor. gloss. An de lletar. num. 3. Flor. Diaz variar. lib. 1. q. 8. §. 1. num. 52. Guazzin. de defens. reor. in præf. num. 5. Velasc. de privileg. paup. quæst. 28. num. 43. ubi quod Advocati iurjurando promittunt, cum in suprenis Auditoris admittuntur, pauperes, viduas, & orphanos tueri: quod idem Velasc. fusc. prosequitur. Clerici quoque, licet aliis coram laico iudice advocare prohibeantur, pauperum tamen causas agere possunt. Barbosa cum pluribus de Jur. Eccles. tom. 2. lib. 1. cap. 40. num. 86. De salaris caudicorum, quæ quondam apud Romanos, & alias gentes præstari consueverunt, videndus latè Tiraquei. de nobilit. cap. 29.

25 Quæ de Advocatis diximus, ad Procuratores, Tabelliones, ac Judices, cum quid sportularum nomine percipere licet, ampliantur. Velasc. n. 41. 60. & 61. Menchac. Guazzin. Benincas, & alii nuperrimè laudati. Iungas his quæ adnotantur in addit. variar. lib. 3. cap. 14. num. 1.

Ibi: Imò apud Gallos.

Idem tradit ex Baldo, & Guidone Papa Benincas. de paupert. quæst. 7. n. 11.

Ibi: Nam & in conscientia iudicio,

26 Qui egenis litigantibus patrocinium, vel ministerium proprium subtrahit, aut gratis non exhibet, in foro interno peccati reus fit, & ad restitutionem ejus, quod accepit, obligatur. Benincas. de paup. quæst. 7. num. 10. Azeved. in l. 16. num. 1. tit. 16. lib. 2. Recop. Guazzin. sup. num. 3. Baéz. de inop. debit. cap. 12. n. 15. Flores Diaz ubi proxime, Velasc. d. quæst. 28. num. 41. & 44. cum seqq.

Ad Num. 5.

27 Dives litigans non tenetur pauperi adversario actori intuitu egestatis alimenta, vel litis expensas ministrare. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 35. n. 22. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 110. in princ. Ant. Fab. in ration. ad l. Si instituta, §. De inofficioso, de inoffic. testam. Bossius prax. tit. de aliment. uxor. præstam. num. 1. Gratian. discipul. cap. 954. num. 26. Paul. Meli. in addit. ad Castill. de aliment. c. 1. num. 1. & decis. 116. n. 1. ubi plures, Lara in l. Si quis à liberis, §. Si vel parens, n. 4.

de liber. agnosce. Sim. de Prætor. de interpret. ultim. volunt. lib. 5. dubit. 2. interpret. 2. num. 28.

Ibi: Idem ipse profiteor.

Præcedens conclusio communiter limitatur quoties cum paupertate actoris haud levis præsumptio boni juris concurrat; tunc enim alimenta, & litis sumptus reus dives exhibere cogitur. Menoch. ac Bossius ubi nuper, Surd. sup. quæst. 119. Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 3. quæst. 12. num. 5. Meli. ubi proxime, cum pluribus, Gratian. num. 27. Velasc. de privileg. pauper. quæst. 39. n. 24. 25. Castill. controvers. lib. 3. cap. 27. num. 52. Lara num. 58. Trentacinq. variar. lib. 1. tit. de aliment. resol. 1. num. 32. quem videas num. 41.

Verf. Constat sanè Jure Civili.

De intellectu legis Si instituta, §. De inofficioso, de inoffic. testam. agit Menoch. sup. ex num. 4. Surd. quæst. 111. cum seqq. Lara & Bossius ubi proxime, Trentac. num. 32. Velasc. num. 22. Cujac. in d. l. Si instituta, Fab. in ration. ad d. §. de inofficioso, & apud laudatos ampliationes, & limitationes ad eum textum reperies. Illud ex Trentacinq. & aliis observandum, filio alimenta, & litis sumptus esse præstandos dum agit ad alimenta, si in quasi possessione filiationis existat, aut aliam præsumptionem non elisam per alias pro se habeat. Meli. d. cap. 1. num. 7. Molin. de primog. lib. 2. cap. 16. num. 30.

Ad Num. 6.

De his omnibus egerunt præcitati, & specialiter de nepotibus, aliisque descendentibus, quibus litigantibus sumptus litis, & alimenta debentur, ex d. §. De inofficioso, Menoch. sup. num. 15. Molin. num. 34. Dueñ. regul. 365. num. 5. Velasc. num. 22. De ascendentibus Menoch. num. 16. Surd. quæst. 111. num. 26. Dueñ. num. 6. Trentac. d. resol. 1. n. 40. De uxore Meli. d. cap. 1. num. 17. Bossius sup. Menoch. num. 18. Trentacinq. n. 37. Velasc. num. 21.

Ibi: Secus esse in extraneis.

Cunctis, ut prænotavimus supra num. 28. litis expensæ debentur, paupertate

pertate cum bono jure agentis conjuncta, idemque de alimentis dicendum dum litigat pauper: sic his concurrentibus, fratri sunt alimenta & expensæ litis assignandæ. Molin. d. cap. 16. n. 35. Menoch. d. q. 35. num. 17. Trentacinq. num. 35. Dueñ. reg. 365. in fin. Surd. de alim. q. 117. ex quibus aliqui, scilicet Trentac. & Dueñ. distinguunt, ut per D. Covar. hic: sed distinctione opus non esse, ex præmissis videtur.

Verf. Secundum quod Doctores.

32 Filio agenti ad patris hereditatem, etiam in prima instantia sumptus litis, & alimenta penduntur, modo præsumptione boni juris juvetur, atque ita sententia pro ipso lata non præcisè desideratur: nec obest decisio legis si instituta, §. De inofficioso, de inoffic. testam. nam ibi exheredationis nota in filium conjecturam producebat. Sic tenent Menoch. sup. num. 4. Molin. n. 36. Boss. num. 2. Meli. num. 16. Leoncill. de privileg. pauper. privileg. 2. num. 44. Gratian. dict. cap. 954. num. 27. Trentacinq. num. 32. Velasc. num. 26. ubi quod regulare est quoties pauper hæc in iudicio postulat.

Ibi: Penes quos lata est examinatio.

33 Quavis per appellationem iudicatum extinguatur, l. 1. §. ult. ad Turpilian. tamen illa pendente, pro sententia est præsumptio. Ant. Fab. in ration. ad d. l. Si instituta, §. De inofficioso, Menoch. lib. 2. præf. 67. à num. 36. Surd. sup. q. 120. num. 11.

Ibi: An sit locus eidem responso.

34 De hac quæstione consulas laudatos sup. num. 32. & distinctionem hæc traditam inter jus antiquum Digestorum, & novum, quam amplectitur Menoch. d. quæst. 35. num. 4. Surd. q. 112. verf. Tertium requisitum, ubi respondet etiam, quod in d. §. De inofficioso, ita evenit, ut proponitur casus; non tamen negatur, quod in prima instantia etiam subveniat pauperi agenti, si aliqui apparuerit justam prosequi causam. Surd. eadem q. 119.

Verf. Tertio requiritur.

35 Paupertatis probatio omnino desideratur, etiam in liberis, ut alimenta, litisque expensæ, donec quis litigat, consequantur. Surd. q. 112. n. 1. Menoch. n. 1. Boss. sup. num. 1. Leoncill. dict. privileg. 2. n. 34. Gratian. num. 28. Meli. dict. cap. 1. num. 10. ubi quod est concludenter probanda. Vide Velasc. quæst. 5. n. 18. Ceval. commun. q. 757. n. 20. qui tener, unius testis depositionem sufficere. Sed à Meli. opinione recedendum non est, cum regulariter paupertas saltem duorum testimonio sit probanda. Velasc. d. q. 5. n. 7.

Sed si utrinque paupertas probetur, 36 exhibitio sumptuum & alimentorum denegatur. Velasc. quæst. 39. n. 72. Meli. num. 4. Ant. de Marin. lib. 1. resol. 349. num. 23. Gratian. ubi proxime, & alii quos ipsi referunt.

Quæstionis est, utrum hæc debeantur non solum agenti ad hereditatem vel universitatem bonorum, sed etiam ad rem singularem, seu quantitatem: Insufficiat Surd. sup. tit. 1. q. 120. num. 14. Cost. de port. rat. quæst. 59. n. 6. Leoncill. num. 36. Ricciul. de jur. person. lib. 2. cap. 21. num. 6. Contra sentiunt Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 3. quæst. 12. num. 8. Meli. in addit. ad Castill. de aliment. cap. 1. n. 5. & allegat. 113. num. 17. Velasc. dict. quæst. 39. num. 47. Et licet prior sententia longè sit communior, affirmativa tamen æquior videtur, ac eam decisionibus corroboratam testantur qui eam sustinent.

Ad Num. 7.

Similiter controversi solet de restitutione quantitatis, quæ agenti inopi nomine alimentorum, ac litis sumptuum præstatur, si in iudicio succubuerit, ac de cautione ab ipso per iudicem exigenda. Et ad utrumque teneri pauperem sentit Molin. de primogen. lib. 2. cap. 16. num. 43. cautionemque sic concipiendam: Ut accepta, nisi obtinuerit in causa, sit redditurus, quantum ad id de jure asringatur. Nam liberi, quibus alimenta pendente lite præstantur, immunes à restitutione existunt, ceteri succumbant per diffinitivam. Molin. ibi, num. 40. ejusdem sententiæ est Lara in l. Si quis à liberis, §. Si vel parens, n. 54. de agnosce. liber. & alii, D. Covarruv. hoc cap. in fin.

Oppositum tamen esse receptius constat ex his, quæ tradit Velasc. quæst. 39. num. 62. Menoch. de præf. lib. 1. quæst. 35. num. 37.

num. 37. *Surd. sup. tit. 1. quest. 124. num. 4.* *Marescot. variar. lib. 2. cap. 83. num. 26.* *Merlin. d. cap. 12. num. 12.* *Trentacinq. variar. lib. 1. tit. de aliment. resol. 1. num. 45.* ubi quod cautio praestari jubetur, si iudex fraudem praesumpserit. Sed si de ea apparuerit, semper erit restitutioni locus, argumento legis 1. §. *Interesse*, ff. si mul. vent. nom. Quid cum actor superat? *Consulas Velasc. n. 65.* *Marescot. sup.*

Verf. Solet tamen dubitari.

40 Pro alimentis, sumptibusque litis quantitas pauperi litiganti tribuenda iudicis arbitrio decernitur. *Molin. d. cap. 16. num. 47.* *Menoch. num. 35.* *Meli. d. cap. 1. num. 8.* & *decis. 116. n. 6.* *Merlin. d. cap. 12. in fin.* *Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quest. 5. n. 39.* *Leoncill. d. privil. 22. num. 63.* *Trentacinq. n. 46.* *Velasc. q. 39. num. 7.* *Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. gloss. 2. part. 3. n. 65.* *Marescot. d. cap. 83. num. 12.* *Surd. de aliment. tit. 4. quest. 23. num. 41.*

Actum est promiscue de alimentis ac litis expensis, quae pauperi litiganti debentur, eadem est enim ratio, imò favorabilior est causa alimentorum, quam iustifmodi sumptuum. *Surd. tit. 1. q. 119. & 120. num. 10.* Verum aliquando sumptus litis concedi debent litiganti, non autem alimenta, veluti si aliunde habuerit ad victum praecise necessaria duntaxat; huic namque subveniendum erit litis sumptibus, ne aliàs ipse, ejusque familia, subtraçtis ad litigandum alimentis, maximum patiantur incommodum, ut agens de avvocato gratis patrocinante animadvertit *Flor. Diaz variar. lib. 1. quest. 8. §. 1. num. 52.* Ita temperandum est quod docet cum aliis *Velasc. quest. 39. num. 55.* ubi *num. 48.* probat litis sumptus non esse denegandos pauperibus, quanquam advocati & procuratores eorum sint deputati publicis expensis.

Ad Num. 8.

41 Filio contententi in iudicio cum patre super filiatione ad alimenta consequenda, vel alium effectum, interim alimenta, & litis sumptus assignantur à parente solvendi, summaria praecedente cognitione, sufficientique praesumptiones, unius testis omni exceptione majoris depositio, vel sola quasi possessio

filiationis. *Molin. sup. num. 39.* *Castill. de aliment. cap. 4. num. 9. 10.* ubi an desideretur libelli oblatio, litisque contestatio. *Leoncill. d. privil. 22. n. 15.* *Meli. in addit. ad Castill. d. cap. 4. ex num. 13.* *Masc. de probat. concl. 786. num. 10.* *Greg. Lop. in l. ult. gloss. 3. tit. 19. p. 4.* ubi quod non praestat jusjurandum filii nisi conjecturae concurrant. *Trentacinq. variar. lib. 1. tit. de aliment. resol. 1. n. 32.* *Cevall. commun. quest. 757. num. 120.* *Menoch. d. quest. 35. num. 35.* *Surd. quest. 120. ex num. 22.*

Haec alimenta, litisque expensa, sicut & caetera, quae juris dispositione, & iudicis officio liberis, aliisque debentur, non aliàs sunt praestanda, nisi aliunde habeant ut sibi valeant providere. *Velasc. quest. 39. num. 50.* *Meli. ubi pronuper, cap. 19. num. 5.* *Marescot. sup. n. 7.* *Trentac. ubi proxime, ad fin. Surd. quest. 112. n. 31. verf. Addo quod si filius.*

Decretum de alimentis exhibendis filio, vel alii pauperi litiganti, nihil in praedictum causae principalis operatur. *Menoch. d. quest. 35. in fin.* *Trentacinq. num. 47.*

Ibi: Nam & alimentorum causa.

42 Distingue si pauperi debeantur, pro ut distinguunt *Castill. de aliment. cap. 6. num. 7.* *Meli. in addit. ad eum, cap. 3. n. 1.* *Menoch. lib. 4. praesumpt. 115. num. 15.* *Tiraq. de privil. pia caus. in praesat. n. 21.*

Ibi: Et sanè ubi hoc modo.

43 Qui à parente, dum litigat, filiatione quomodolibet probata alimenta, & litis sumptus percipit, quanvis in principali causa succumbat, minimè ad restitutionem illorum compellatur. *Menoch. d. quest. 35. num. 37.* *Molin. & alii laudati, sup. num. 38. 39.* quod, nisi fraudem intervenisse confiterit, est verum, ex l. 1. §. *Interesse*, ff. si mulier vent. nom. Hinc, juncta sententia *D. Covar. tradita n. 7.* colligitur discrimen conflictui quoad hujus restitutionis obligationem inter filios, & extraneos, cujus meminit *Molin. d. cap. 16. num. 41.* Sed plerique docent, omnes ad ejusmodi restitutionem nequaquam esse altrictos, ut praemittitur *sup. num. 39.*

SUMMA

SUMMARIUM.

- 1 Viduis castitatem observantibus privilegium competit revocandi causas suas in prima instantia ad Regiam Praetoria.
- 2 Turpiter se gerens vidua cunctis exiit status privilegii: quod declaratur, num. 3.
- 4 Honestatis probatio praemitti debet, ut vidua eo privilegio potiat, sed haec feminis illustribus apud nos ex stylo remittitur.
- 5 Qua bona viduis ob turpitudinem auferantur, remittuntur.
- 6 Vidua non admittitur bona, quae à priore habuit viro, etsi post secundas nuptias luxuriose deliquerit.
- 7 Feminae quae nunquam nupsit semper honeste viventi, utrum praesatum viduarum privilegium conferatur, & num. 8.
- 9 Moniales eadem gaudent prerogativa litigantes.
- 10 Utrum ad meretrices extendatur.
- 11 Mulieri nupta viro absentem, vel aliàs inuiti, sicut viduae privilegium idem tribuitur.
- 12 Vidua, pupillus, miserabileque persone alio juvantur privilegio, ne scilicet per alium privilegiatum extra domicilium possint conveniri, nisi per rescriptum derogetur expressum legi unico, C. quand. Imper. int. pup.
- 13 Ecclesia an competat jus trahendi proprias causas in prima instantia ad Curiam, & num. 15.
- 14 Spoliata per laicos, valet eos in foro Ecclesiastico convenire.
- 16 Uritur jure minoris, & pupilli.
- 17 Pauperum causa ante omnes debent expediri.
- 18 Causa minoris quantitatis non inducuntur per privilegiatos ad Curiam in prima instantia.
- 19 Privilegiatus ut causas deferat ad Regiam Praetoria, num in pariter privilegiatum eo jure uti permittatur, & num. 34.
- 20 Generaliter utrum privilegiatus in pariter privilegiatum suo jure utatur privilegio, per plures casus explanatur, & num. seqq.
- 23 Vidua an causam deferat ad Curiam adversus pariter privilegiatum.
- 27 Privilegium sic interpretatur, ut D. de Faria Covar. Enucl.

- quid contra, vel prater jus commune operetur.
- 28 Privilegium quo res ad regulas juris communis revertitur, late interpretatur.
 - 29 De literis ordinariis, quae in cancellariis expediuntur pro viduis, & aliis privilegiatis.
 - 30 Privilegium de quo actum est, competit viduis, ac similibus, sive agant, sive defendantur.
 - 31 Viduae, & alii privilegiati utrum in criminalibus gaudeant suo privilegio, & num. 32.
 - 36 Privilegiatus per similem in domicilio conventus, ibi respondere compellitur.
 - 37 Privilegiatus in Curia habitans, in Regio Praetoria nequit invitus conveniri.
 - 38 Aliud est privilegium trahendi causas ad Curiam, & aliud ne quis extra proprium domicilium extrahatur.
 - 39 Universitas populi potest apud Regiam Praetoria convenire, ac conveniri, & num. 41.
 - 40 Domini vassallorum, & alii, qui magistratus constituunt, in prima instantia trahuntur ad Curiam.
 - 42 Causa capta apud inferiorem, non advocatur per Curiam ad litigantis privilegium. Quid si minor restitui postulet, qui litem est contestatus, ibid.
 - 43 Causa communis privilegiato, & aliis trahitur ad Curiam quoad omnes.
 - 44 Privilegiatus, qui velut venditor ad iudicium accedit, quod cum emptore agit, nequit causam in prima instantia ad Regiam Praetorium deferre. Idem est de herede qui prosequitur instantiam cum antecessore inchoatam, ibid.

CAPUT VII.

Ad Num. 1.

Vidua eo gaudet privilegio, ut quoad primam instantiam litigans, Curiam Principis valeat adire. *Tusch. lit. V. concl. 203. num. 1.* *Velasc. de privil. pauper. part. 1. quest. 52. num. 35.* *Tondut. de prevent. judic. part. 2. cap. 59. num. 45.* *Aug. Barbosa in collect. num. 2. ad l. unic. C. quand. Imper. int. pupill. & alii plures, quos*

K

quos recensimus *sup. cap. prox. num. 2.* Carleval, *de judic. lib. 1. disp. 2. à n. 225.* Sed illud ita demum indulgetur viduis, si status honestate decorentur. Greg. Lop. *in l. 5. gloss. 2. tit. 3. p. 3.* Tusch, *num. 2.* Azeved. *in l. 8. num. 11. tit. 3. lib. 4.* Recop. *Cancer, variar. lib. 2. cap. 2. num. 8.* Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 65. num. 31.* Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de citationib. resol. 2. num. 16. vers. Hac conclusio, ad fin. Surd. de aliment. tit. 7. quest. 24. num. 17.* Did. Perz *in l. 1. verb. Pobres, vers. Quod intelligendum, tit. 1. lib. 3. Ordin. Cur. Philip. part. 1. §. 9. n. 13.* Monteros. *in pract. part. 1. tract. 5. cap. 1. n. 11.* Barbosa cum aliis *num. 24.* licet contra sentiat Carleval, *num. 54.*

2 Non solum vidua ob turpitudinem illâ prærogativâ destituitur, sed etiam cæteris omnibus, quæ viduitatis intuitu conceduntur. Tusch, Barbosa, Surd. Trentac. *ubi pronuper, Matienz. in l. 5. gloss. 8. num. 13. tit. 9. lib. 5. Recop. Tiraq. de Nobilit. cap. 18. n. 13.* Marquard. *tract. de celibat. Sacerd. non abrogand. cap. 12. num. 4. §. 21.* Nec vidua dici meretur, quæ impudiciâ honorem status denigrat; viduam etenim non efficit habitus, sed honestas, *l. Decreto 15.* & ibi Glossâ, *C. ex quib. caus. infam. irrog. Marquard. sup. num. 2.* & non solum in moribus, sed & in vestibus honestas viduitatis est servanda. Theat. *vita hum. lit. V. verb. Vidua, §. Viduitatis ornamenta, vers. Ceterum summum.*

3 Quæ temperanda veniunt, si vidua semel sui corporis copiam fragilitate sexus fecerit, ut videtur Surdo *d. quest. 24. num. 20.* Matienz. *sup. ex num. 7.* & aliis apud eos. Similiter vidua, quæ olim lapsa respuit, vitamque degit honestam, beneficio Imperiali indigna non est. Trentacinq. *d. vers. Hac conclusio, ad fin.*

4 Ut viduis id privilegium tribuatur, opus est honestatis probatione: sed apud Suprema Hispaniæ Prætoria in gratiam illustrium fœminarum urbana viget praxis, ut quoties vidua generis, aut opum nitore coruscans, hoc privilegium sibi competere ut decernatur expostulari, illic nullâ de moribus informatione susceptâ concedatur. Monteros. *dict. cap. 1. num. 7.*

Ibi: *Quibus & illa ferè.*

5 Quæ auferantur viduæ viventi luxuriosè, tradunt latè Sanchez de Ma-

trim. lib. 7. disp. 90. à num. 4. Ant. Gom. in l. 14. Tauri, num. 17. Surd. sup. ex n. 17. Marquard. *d. cap. 12. num. 3.* Matienz. *d. gloss. 8. de quo lex 5. tit. 9. lib. 5. Recop. lex 3. tit. 12. p. 4.* De dote communiter placet per turpitudinem non amitti. Marienz. *n. 10.* Menoch. *lib. 5. præf. 32. num. 21.* Molin. *sup. num. 9.* Acosta *in cap. Si pater, part. 1. verb. Legavit, num. 44. de testam. Molin. de primog. lib. 1. cap. 9. n. 55.* Petr. Barbosa *in l. 2. part. 1. in princ. à num. 65. ff. solut. matrim.*

6 Quod autem dicitur de privatione bonorum, quam vidua patitur propter turpitudinem, accipi ita debet, ut si ad secundas convolaverit nuptias, ac deinceps in corpus suum peccaverit, nequaquam amittat quæ intuitu prioris matrimonii comparaverit; non enim primo consorti injuriam censetur irrogare. Molin. *d. disp. 90. num. 3.* Merlin. *de legitim. lib. 4. tit. 2. quest. 6. num. 11.*

Ad Num. 2.

7 Fœmina honesta, quæ cœlibem duxit ab infanciam vitam, fruitur prærogativa dictæ constitutionis, ut sentiunt Greg. Lop. *in l. 5. gloss. 2. tit. 3. p. 3.* Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de citation. resol. 2. n. 16. vers. Hac conclusio, Carleval. d. disp. 2. num. 533.* & plures alii apud Barbosa *in collect. n. 7. ad l. unie. C. quand. Imperat. int. Sed D. Covar. accedentes oppositum sustinent Castill. controv. lib. 3. cap. 25. n. 16. Gail. lib. 1. observat. 1. num. 44.* Carrasc. *de casib. Cur. num. 70.* qui apud nos sic receptum testatur, tamen hujusmodi fœminis omnia viduarum privilegia competere scripserit Alciat. *in l. Malum, §. Viduam, num. 24. de verb. signif.*

Verf. Ceterum quia.

8 Sententiam cui adhaerit, limitat Præses noster, si qua mulier jam grandæva cœlebs persistat, pudicitia observatrix, cui adinstar viduæ subveniendum præfato beneficio. Consentunt Carrasc. & Gail. *ubi proxime.* Quod quidem in divite satis dubium videtur, cum & in verè viduis haud pauci id non admittant: nec miserationis rationem assequor in illa, quæ ultrò in cœlibatibus libertate moratur, cum condigno viro nubere valuerit. Aliud juris erit quoties nobilis fœmina, etiam pauperie non opprimatur, nequit tamen facultatum tenuitate

tenuitate juxta suam conditionem conjugem intervenire, quam in miserabilibus merito recenset Didac. Perez *in l. 1. verb. Pobres, vers. Item puella, tit. 1. lib. 3. ordin.*

9 Quibus privilegiatis fœminis sunt jungenda moniales, ut miseratione dignæ, utpote quæ à familia segregata, ac communi commercio, clausæ intra claustra tenentur. Cabed. *Lust. decis. 54. ex num. 8.*

10 Quamquam in fœminis ad fruendum ejusmodi beneficio pudicitia observatio desideretur, ut ex præmissis liquet; non tamen desunt, qui id meretricibus tribuendum scripserint, ut Barbosa *in d. collect. num. 10.* Velasc. *de privil. paup. q. 54. num. 9.* Carleval. *sup. n. 574.* & alii, quos referunt. Sed quam juridica ratione, me præterit omnino; nam etiam propter animæ periculum, & infamiam miserimè æstimentur, non ideo tamen ex improbitate, in qua ulteronea versantur, commodum privilegii reportabunt, quod jura non sinunt, *l. Ita demum 36. de arbit. l. Si ab hostibus 11. §. 1. ff. solut. matrim. cap. Intelleximus 7. de judic. Argel. de legitim. contradiet. q. 4. art. 2. num. 64.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. n. 68.* Barbosa *axiom. 143. num. 3.* Alioquin facinorosi, atque criminibus irreciti inter privilegiatos ex ea constitutione venirent numerandi quoniam in miserando jacent statu, de quibus in simili casu ita ratiocinatur Did. Per. *d. verb. Pobres, vers. Item miserabiles.* Nec rectè arguit Velascus de paupere ex proprio scelere ad meretricem, inter quos patens diversitatis ratio reperitur; ille enim, etiam maximè velit, ab inopie miseria sese eximere non valet, nec illi poenitentia prodest: meretrix verò à sua turpitudine, & commiserationis causa poterit resillire: unde huic egestate laboranti legis auxilium videtur deserendum.

Verf. Est & in eodem tractatu.

11 Mulier viro inuili nupta ob captivitatem, exilium, aliamve rationem, prærogativa præfate constitutionis ut vidua juvabitur. Carleval. *de judic. lib. 1. disp. 2. n. 540.* Azeved. *in l. 8. n. 10. tit. 3. lib. 4. Recop. Trentac. sup. vers. Hac conclusio, Gail. num. 44.* Carrasc. *n. 67.* Cur. Philip. *part. 1. §. 9. num. 13.* Did. Per. *sup. vers. Sed cum jam, Mexia in pragmat. tax. par. fund. 10. part. 2. n. 23.* Barbosa *D. de Faria Covar. Enucl.*

d. collect. n. 9. *Cancer. Varior. lib. 2. cap. 2. n. 9.* Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 65. n. 19.* Estque regulare, ut quoad omnia privilegia viduitatis, uxor viri inutilis vidua reputetur. Gratian. *discept. cap. 666. num. 9.* Bobad. *Polit. lib. 1. cap. 11. num. 7.* Tiraquell. *de legib. communi. l. 6. n. 12.* Petr. Barb. *in l. 1. part. 1. n. 47. ff. solut. matrim. Palac. Rub. in cap. Per vestras, §. 1. notab. 2. n. 12. de donat. int. Thom. Aëtius tract. de lud. schaccor. q. 8. n. 42.* Aug. Barbosa cum aliis *in collect. num. 11. ad cap. Inter corporalia, de elect. Imò & viduæ appellatione comprehenditur. Alciat. sup. num. 30.* Sic Ecclesia, cujus Prælati omnino ineptus, vidua nuncupatur. Bobad. & Aëtius *ubi pronuper, Carrasc. n. 69.*

Verf. Habent præterea.

12 Vidua, pupillus, reliquique miserabiles alterum nanciscuntur privilegium, ut à proprio domicilio extrahi non possint, ut in Curia, vel coram alio iudice in prima instantia pulsati respondeant, etiam actor in alios jure, rescripto, vel privilegio ea facultate uti permittatur, nisi expressim Imperiali constitutioni derogetur. Castill. *dict. cap. 25. num. 17.* *Cancer. n. 24.* Ant. Theaur. *Pedemont. decis. 177. n. 12.* Azeved. *num. 8.* Cabed. *Lust. decis. 54. num. 10. 11.* Thom. Valasc. *n. 59.* Trentac. *d. resol. 2. ex num. 1.* Marant. *de ordin. judicior. p. 4. dist. 9. n. 193.* Barbosa *in collect. ad d. l. unie. n. 3.* ubi alii, Carleval. *sup. n. 576.* Salgad. *Labyrinth. credit. part. 1. cap. 7. num. 48. 49.* Mastrill. *decis. 137. à n. 28.*

Ad Num. 3.

13 Ecclesiæ competere privilegium legis unica, *C. quand. Imperat. int. docuerunt Castill. controv. lib. 3. cap. 25. n. 30.* Mart. *de jurisd. part. 4. cent. 1. cas. 49.* Theaur. *sup. d. decis. 177. n. 9.* Carleval. *de judic. tom. 2. disp. 2. à num. 585.* Cur. Philip. *part. 1. §. 9. n. 10.* Monteros. *pract. tract. 5. cap. 1. n. 4.* Barbosa cum pluribus *in collect. ad d. l. unie. num. 38.* & obiter adnotavimus *Varior. lib. 1. cap. 4. n. 12.* quod jure non probari constat juxta constitutionem dictæ legis unica; nam Imperator illis solum personis consultum voluit, quæ ad misericordiam naturaliter movent. Ecclesia autem ad religiosam pietatem inducit, sed non est miseratione digna, nisi inopiâ laboret, K 2 violen

violentum patiatu spolium, aut Præ-
lato careat, vel inutili oneretur; nam
tunc vidua reputabitur, ut prænotatur
*sup. n. 11. in fin. Ita sentit Cancer. va-
riar. lib. 1. cap. 2. n. 15. Vide inf. n. 15.*

Ibi: *Ideirco Ecclesia potest eligere.*

- 14 Ecclesia per vim, vel dolum spoliata
à laico, Ecclesiasticum, aut Sæculare
Tribunal pro restitutione adire pote-
rit. Bobad. *polit. lib. 2. cap. 17. n. 37. De-
cian. tract. crimin. lib. 6. cap. 16. à princ.
Paz in prax. tom. 2. prælud. 2. n. 19. Bern-
nard. Diaz in Praxi, cap. 90. num. 1. ubi
Salced. in addit. lit. A. vers. Apud His-
panos, Tufch. lit. 1. concl. 446. num. 31.
Parlad. different. 9. §. 2. n. 1. Cur. Philip.
part. 3. §. 2. n. 7. Idem juris erit quociens
laicus infert Clerico injuriam, ut tenent
plures apud Barbof. in collect. num. 3. ad
cap. Cum sit generale, de for. compet.*

Ibi: *At in hoc Castella Regno.*

- 15 Apud nostra suprema Prætoria usu
receptum habemus, ut quævis Eccle-
sia, sive Hospitalis in prima instantia
audiatur, secundum decisionem dictæ
legis unice, cujus praxis meminit Ve-
lasc. de privil. paup. q. 52. n. 33. Trentac.
*Variar. lib. 2. tit. 2. de citat. resol. 2. Carlev.
sup. n. 585. & 630. Cur. Philip. part. 1.
§. 9. num. 10. Monterol. ubi proximè, qui
id ampliant ad Confraternitates, Colle-
gia, & Universitates. Illud quidem est
æqua ratione inductum, cum Jure no-
stro plures sint Curie casus, non ob
miserationem, sed ob personarum qua-
litate, l. 8. tit. 3. lib. 4. Recop. in quibus
merito Ecclesia recenseri deberet, cum
summa ratio pro Religione faciat, l. Sum
persona 43. de religiof. & sumpt. funer.*

Ibi: *Hoc enim usu.*

Pragmatica hæc est lex 12. tit. 2. lib. 1.
Recop. Consule Azeved. ibi.

Ibi: *Habuit verò qualibet.*

- 16 Ecclesia jure minoris, sive pupilli
utitur, l. ult. tit. finali, p. 6. ubi Gregor.
Lop. gloss. 1. Glossa in l. Liberos §. C. de
excusat. tutor. Mart. d. cas. 49. num. 14. 15.
Barbosa cum pluribus de Jur. Ecclesiast.
tom. 2. lib. 2. cap. 13. n. 8.

Verf. *His accedit.*

- 17 Pauperum causæ prius per iudices

sunt expediendæ, nisi tempore poste-
riores, l. 27. tit. 5. lib. 2. l. 17. tit. 2. lib. 3.
Recop. Bobadil. lib. 2. cap. 2. num. 62. 63.
Velasc. *sup. q. 55. n. 9. Did. Perez in l. 13.
verb. E de las personas, tit. 3. lib. 2. Or-
dinam. Barbosa in collect. ad cap. in pri-
mis, 2. q. 1. Medic. tract. de casib. fortuit.
part. 2. q. 4. num. 14. Benincal. tract. de
paupert. q. 4. n. 9.*

Verf. *Hoc tamen privilegium.*

Causa nulla per privilegiatum potest 18
in prima instantia ad Curiam introdu-
ci, nisi ejus valor ad summam decem
mille marapetorum ascendat, ut obi-
ter prænotatur *sup. cap. proximo, num. 23.
nam Cæsar noster Carolus V. anno
1534. ita constituit, aucta sex mille ma-
rapetorum quantitate, l. 11. tit. 3. lib. 4.
Recop. ubi Azeved. & in l. 9. ejusd. tit.
n. 13. Carrasc. *sup. n. 66. Monterol. n. 11.
Cur. Philip. d. §. 9. n. 15. Barb. in d. collect.
ad l. unic. num. 30. ubi quod in singulis**

regnis præscripta est quantitas, ut infra
illam casibus Curie locus non sit, Car-
leval. *de judic. lib. 1. disp. 2. n. 620. Unde in
Cancellariis novi orbis propter opulen-
tiam ampliari oportet summam lege
regiâ definitam, ut animadvertit Author
Curie Philip. ubi proximè, qui eam ad
sexaginta mille marapetinos extendit:
mihi verò magis placet, ut Senatorum
arbitrio decidatur, ut aliud agens tenet
Carrasc. num. 217. nam & generaliter
quæ sit modica quantitas, judicantis ar-
bitrio committitur. Menoch. *de arbitr.
lib. 2. casu 52. n. 11. & casu 145. n. 4.**

De hac quæstione agit Gregor. Lop. 19
*in l. 5. gloss. 2. versus finem, tit. 3. part. 3.
Carrasc. de casib. Cur. num. 65. & 92. cum
segg. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de
citation. resol. 2. n. 18. Caravita rit. 288.
num. 3. Afflic. in constit. Sentimus, n. 24.
Thesaur. Pedemont. decis. 177. Azeved.
in l. 9. num. 7. tit. 3. lib. 4. Recopil. & alii,
quos exhibet Barbosa collect. n. 29. ad l.
unic. C. quand. Imperat. & diximus *sup.
cap. prox. n. 23. Ex quibus cum D. Covar.
tenendum, quod privilegiatus juxta di-
ctam constitutionem adversus pariter
privilegiatum audiri non debet. Carle-
val. cum aliis *sup. num. 633.***

Ibi: *Quod pariter privilegiatus.*

L. Affiduis 12. §. Duabus, C. qui notior. 20
*cap. Auditis 3. de integ. restit. ubi Bar-
bosa collect. n. 6. haud paucos congerit,
ex*

ex quibus, & aliis juribus venit in
axioma, ut privilegiatus contra pariter
privilegiatum non gaudeat suo privile-
gio: id inter cetera recensuit Barbosa
*axiom. 190. ipsiusque meminerunt Ant.
Fab. in ration. ad l. Verum, §. fin. de mi-
nor. Tondur. de prævent. judiciali, part. 2.
cap. 59. num. 40. Leotard. de usur. quæst. 52.
num. 16.*

- 21 Verum ea regula nonnunquam fal-
lere solet, ut ex dicendis apparebit, ac
videre licet apud Greg. Lop. *in l. 4.
gloss. 1. tit. 11. p. 6. Tufch. lit. P. concl. 760.
Barbosa d. axiom. 190. ex num. 2. Tiraq. de
privil. pie caus. priv. 26. num. 4. cum segg.
Mandof. de privileg. ad instar, quæst. 10.
à num. 2. Sfort. Odd. de restio. in integ.
quæst. 18. art. 4.*

Verf. *Præsertim hoc ipsum.*

- 22 Privilegiatus in specie suo jure uti
non prohibetur adversus privilegiatum
in genere. D. Covar. *in regul. Possessor.
part. 2. §. 2. num. 4. Surd. de aliment. tit. 8.
privil. 18. num. 7. & privil. 61. num. 13. Si-
moncel. tract. de decret. tit. 5. inspect. 1. n. 3.
Mangil. de imputat. quæst. 18. num. 25. &
quæst. 120. n. 12. Tiraquel. ubi proximè,
num. 5. Sfort. Odd. num. 34. Mandof. n. 4.
Secus si uterque privilegium obtineat
in specie. Greg. Lop. *in l. 4. gloss. 1.
tit. 11. p. 6.**

Verf. *Primus etenim casus.*

- 23 Greg. Lop. *in l. 5. gloss. 2. in fin. in ea
est opinione, ut vidua agens in pupil-
lum, vel alias personas miserabiles, pri-
vilegio suo uti valeat favore sexus. Sed
contrà tenet Carrasc. de cas. Cur. ex n. 92.
Imò Franch. Neapolit. decis. 188. hanc
quæstionem vanam reputavit propter
identitatem privilegii. Consulatus à Bar-
bosa laudatos in collect. ad d. l. unic. n. 29.*

Verf. *Primò quia Bartolus.*

- 24 Ubi privilegium non est idem, ac ex
diversa causa conceditur, potentius
prævalet, ut eo privilegiatus in privi-
legiatum juvetur. Tondur. *de prævent.
judic. part. 2. quæst. 59. n. 44. 45. Afflic.
decis. 56. Mandof. *sup. n. 2. Idem evenit
si quis duplici privilegio muniatur. Bar-
bosa d. axiom. 190. num. 2. Duo enim vin-
cula vincunt unum, l. penult. C. de adop-
tion. Garc. de nobil. gloss. 6. num. 56. Me-
noch. conf. 176. num. 26.**

Verf. *Secundò, quia uterque.*

Qui agit de damno vitando, fungi- 25
tur suo privilegio contra pariter privi-
legiatum de lucro capiendo certantem,
*l. Verum 11. §. fin. de minor. l. fin. ex quib.
caus. major. D. Covar. & Mandof. ubi
proximè, Tiraq. d. privil. 26. n. 6. Barbosa
cum pluribus num. 3.*

Verf. *Tertiò constat.*

Adde Greg. Lop. *in l. 5. gloss. 2. ad
fin. tit. 3. p. 3. ad fin. Carrasc. *sup. à n. 92.**

Verf. *Quarò, si res.*

Sic conquisitis utrinque privile- 26
giis, res ad jus commune reducitur;
nam uterque in actu contraria inter se
obtinent privilegia, ad quæ faciunt
tradita per Fabrum *in ration. ad l. fin. ex
quib. caus. major.*

Verf. *Quintò esset equidem.*

Privilegium ita debet interpretari, 27
ut quid præter, vel contra jus commu-
ne indulgeat, alioqui proflus foret inu-
tile, l. 1. C. de thesaur. lib. 10. cap. ult. ad
*fin. 25. quæst. 1. ibi: Neque enim privile-
gia alicui concederentur, si præter gene-
ralem legem nulli aliquid speciale in-
dulgeretur. Observat post alios Barbosa
in collect. ad cap. in his, num. 2. de purgat.
canonic.*

Verf. *Sextò, idem probatur.*

Favorabile est, ac ampliatione ju- 28
vandum privilegium, per quod res ad
terminos juris communis revertitur,
*Castill. de tertiis. cap. 15. num. 40. Tiraq.
de primogen. quæst. 24. num. 5. Guttier. de
juram. confirmat. part. 1. cap. 29. num. 4.
Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 12. num. 2.
Everard. loc. à ratione legis largæ, n. 29.
Surd. de aliment. tit. 2. quæst. 15. n. 193.
Ex quibus colligitur, quod in lege, sive
privilegio, aut quavis dispositione am-
plectenda est interpretatio, quæ ad jus
commune reducatur dispositum.*

Ad Num. 5.

De his literis, quæ victuarum favo- 29
re expediri consueverunt juxta legem
unicam sepe jam memoratam, differit
Monterol. *Practic. tract. 5. cap. 1. n. 11.
Cur. Philip. part. 1. §. 9. num. 15. Carrasc.
num. 64.*

num. 64. qui n. 66. observat eas literas, quas vulgò *provisson ordinaria*, dicimus, nedum viduis, sed & cæteris similiter privilegiatis miserabilibus concedi: idemque tradidit Author Curia Philippica.

Ibi: *At si conveniantur, ac vocentur.*

- 30 Beneficium præfata constitutionis competit privilegiatis, sive agant, sive conveniantur; utroque enim casu illis litigantibus Curia patet aditus. Azeved. in l. 8. n. 5. 6. tit. 3. lib. 4. Recop. Carrasc. sup. num. 71. Pondut. d. cap. 59. n. 45. Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de citationib. resol. 2. n. 5.* Monterof. ubi promper. Cur. Philip. sup. num. 14. Carleval. sup. num. 525. Salgad. *Labyrinth. credit. p. 1. cap. 2. §. 2. num. 35.*

Ibi: *Nihilominus litera.*

Quos casus obiter recensuimus sup. cap. proximo, num. 23.

Ibi: *Tertius ubi causa.*

- 31 Contrarium de jure communi docent frequentissime DD. Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de citation. resol. 2. num. 11.* ubi alii. Azeved. sup. num. 5. Barbofa cum pluribus in collect. ad d. l. unic. n. 11.

Ibi: *Si causa criminalis.*

- 32 Intellige si privilegiatus accusetur, vel per inquisitionem in eum procedatur: scus si ipse accuset; nam in Curia admittitur, Carrasc. num. 71. Jure autem communi indistinctè quoad causas criminales privilegiatus apud Curiam auditur. Trentac. num. 13. Barbofa num. 21. ubi alii. Carleval. d. disp. 2. num. 592.
- 33 Sextus additur casus in causis executivis, ut prænotatur sup. cap. prox. num. 23. de cuius praxi Carrasc. latè omninò videndus à n. 80. Alius item habetur in l. 1. cap. 12. tit. 13. lib. 3. Recopil. in causis mercatorum, de quibus Confilatus iudices cognoscunt. Azeved. in l. 1. n. 42. tit. 1. & in l. 8. n. 11. tit. 3. lib. 4. Recop.

Verf. *Ὁστὰρὸ* hanc interpretationem.

- 34 Communis sententia fert, quod privilegiatus ex d. l. unic. non utitur privi-

legio suo contra pariter privilegiatum, ut videre est apud laudatos sup. n. 19. & 23.

Verf. *Secundus eandem casus.*

Aliud videtur Gregorio Lop. in l. 5. gloss. 2. tit. 3. p. 3. quem refert, ac refutat Carrasc. de casib. Cur. ex num. 93.

Verf. *Tertius erit casus.*

Ita patet ex præmissis, & tenent laudati sup. num. 19. & per Barbof. in collect. ad d. l. unic. num. 29.

Verf. *Quartus casus.*

Consule quos retulimus sup. num. 19. 35 nec quoad fori privilegium procedit distinctio, de qua sup. num. 25. quod in restitutione, aliisque causis obrinet.

Verf. *Quintus deducitur.*

Si privilegiatus similem conveniat in proprio domicilio, reus apud suprema Prætoria non audietur in prima instantia; conquantur enim privilegia, & jus commune debet observari, ut notant præcitati Interpretes sup. n. 19. 20. Sic locus est axiomati, quod privilegiatus contra pariter privilegiatum non utitur suo privilegio.

Verf. *Sextò deinde.*

Privilegio hoc munitus quanquam in Curia domicilium habeat, nequit in supremo Prætorio invitus conveniri, sed ad iudices inferiores causa est remittenda. Trentacinq. sup. d. resol. 2. num. 8. & prænotavimus supra, cap. prox. num. 1. etenim qui duplici foro ex privilegio ponitur, eligere potest quem maluerit, ut respondeat: quod si à jure communi multiplicitas fori proveniat reo, actori electio competit, ut cum D. Covar. tradidimus in addit. *variar. lib. 1. cap. 18. num. 39. & 40.* ubi plures.

Verf. *Septimò: ubi quis.*

Hæc ita; nam actor habet privilegium in specie, & actu; reus verò in genere, ac habitu, secundum prænotata n. 25. Exemplum deduci poterit ex l. 9. tit. 3. lib. 4. Recop. ubi enumerantur plures, qui ad Curiam causas suas deferre

ferre in prima instantia possunt, non tamen gaudent privilegio, ne ex proprio domicilio ad litigandum extrahantur.

Verf. *Ὁστὰρὸ*, si alicujus castri.

- 39 Sciendum est, populi communitatem gaudere privilegio, ut ad Curiam adversarios quoad primam instantiam vocare queant, quoniam sub illa miserabiles continentur personæ. Menoch. de arbit. lib. 1. cas. 66. num. 23. Trentacinq. d. resol. 2. n. 35. Caravita rit. 219. num. 3. Barbofa collect. ad d. l. unic. n. 39. Monterof. præf. tract. 5. cap. 1. n. 2. Cur. Philip. part. 1. §. 9. num. 10. Carleval. de judic. lib. 1. disp. 2. num. 586. & 592. Rursus contra communitatem ipsam cuique casus Curia datur propter potentiam & suspensionem iudicium, quos eligere decurionum collegium solet. Monter. & Cur. Philip. ubi proxime.
- 40 Præterea vassallorum Domini ad Curiam in prima instantia venire compelluntur, ut qui sint ex potentioribus, & qui Magistratus in proprio territorio præficiunt: nec subterfugere supremi Prætorii iudicium permittuntur, etsi pupillus, vidua, vel aliàs privilegiatus existat. Carrasc. sup. num. 100. Monter. num. 5. Cur. Philip. ubi proxime. Unde si Concilium civitatis Dominum ejus convenit in Curia, ibi respondere tenebitur, nec aliquo privilegio se excusare valebit.

Ibi: *Ipsa verò communitas.*

- 41 Contrarium videbatur respondendum ex præmissis; nam populi universalitas potitur privilegio dictæ legis unicæ, ne ex proprio domicilio educatur ad lites, ut cæteri miserabiles. Barbofa sup. num. 35. Praxi nihilominus id non admittit, ratione perpenfa, de qua supra num. 39. in fin.

Verf. *Nonò*, ubi lis esset.

- 42 Post inchoatum, lite contestata, iudicium apud iudicem inferiorem, jure nostro Curia aditus privilegiatis ex dicta lege unica clauditur. Alf. de offic. Fisc. gloss. 16. n. 24. Carleval. sup. n. 601. & jam prænotuimus cap. prox. num. 23. Sed si minor, qui contestatus est, restitui postulerit erroris prætextu, minime audiendum esse hic docemur.

Obstat tamen quod auxilium restitutionis non est minoribus subrahendum, nisi jure cautum reperiat. Marf. *variar. lib. 2. cap. 98. num. 6.* Cyriac. lib. 2. controv. 268. num. 28. Sfort. Odd. de restit. in integ. part. 1. q. 15. art. 6. n. 44. Molin. de primog. lib. 3. cap. 13. num. 65. Gutier. præf. lib. 2. q. 88. ad fin. & lib. 3. quest. 31. num. 4. Nec omisso privilegii ceteri debet modici præjudicii, quandoquidem illud specialiter jura miserabilibus indulgent, ne litibus vexentur iniquè apud iudices inferiores: quod eo vel maxime observandum, quia juri communi consonat, sicut ex aliis adnotavimus obiter sup. n. 31. Sic tenet Carleval. num. 602.

Verf. *Solet autem dubitari, fin.*

Si lis, de qua controversatur, privilegiato, & aliis communis existat, & individua, non privilegiatis beneficio Imperialis Constitutionis per participationem juvatur: secus si commode divisionem recipiat, de quo fusc Carrasc. de casib. Cur. ex num. 22. Greg. Lop. in l. 5. gloss. 4. tit. 3. part. 3. Trentacinq. d. resol. 2. n. 9. Cancr. *variar. lib. 2. cap. 2. num. 18.* Castill. *controverf. lib. 3. cap. 25. num. 29.* Roderic. de ann. redditib. lib. 3. q. 4. num. 45. Barbofa in collect. ad dict. l. unic. n. 17. Carleval. n. 626.

Libet præmissis annectere, quod si vidua, vel alius privilegiatus accedat ut author laudatus ad tuendum emptorem, cui de evictione teneretur, nequit causam ad Curiam revocare, ex dict. l. unic. C. *quand. Imper.* Ita Amat. *variar. part. 2. resol. 86. n. 66.* Muscatel. in præxi. p. 3. part. 1. princip. num. 4. Similiter si lite cum non privilegiato inchoata, ei privilegiatus successerit, non valebit causam ad Curiam trahere. Carleval. cum pluribus de judic. lib. 1. disp. 2. num. 625. & 626. & asseruimus sup. cap. proximo, n. 23. in fin. Petr. Barbofa in l. *Heres absens*, in princ. num. 159. de judic.

SUMMARIUM.

- 1 Si clericus laicum, vel è contra, hæredem instituerit, an coram Ecclesiastico, aut Saculari infinuatio testamenti fieri debeat? & num. 2.
- 3 Quid de inventario bonorum hæreditatis.
- 4 Clericus heres laici captam cum testatore

- tore instantiam in foro seculari prosequi tenetur.
- 5 Clericus venditor litigaturus pro defensione emptoris laici, fori privilegio uti non poterit.
- 6 Aliud in fisco vendente, qui causam ad proprios iudices advocat, & n. 8.
- 7 Ampliatur ad eminentem a fisco.
- 9 Fiscus sive agat, sive conveniatur, omnes causas desert ad proprium, ac peculiare forum.
- 80 Clericus ut principalis suscipiens causam super propria re contra tertium motam, declinatoria fori se tueri potest.
- 11 Ampliatur doctrina tradita n. 5.
- 12 Ecclesia venditor ut emptorem in iudicio tueatur laicum, in foro seculari debet comparere.
- 13 Ecclesia, aut clericus agens in laicum, si reconveniatur, in foro seculari respondere tenebitur.
- 14 Ecclesia si laico successerit, inchoatum cum antecessore iudicium in foro seculari peragere debet.
- 15 Ecclesia non gaudet omnibus fisci privilegiis.
- 16 Fiscus causam pendente cum illo, cui succedit, ad suos iudices vocat: & utrum instantia transeat in fiscum.
- 17 Ampliatur doctrina tradita n. 4.
- 18 Clericus haeres laici an conveniatur per creditores defuncti in foro seculari, & num. 19.
- 20 De intellectu legis 57. tit. 6. p. 1. remissive.
- 21 Quod attinet ad forum, idem observatur in laico herede clerici, ac in clerico herede laici.
- 22 Agens adversus jacentem hereditatem, forum defuncti sequitur, non heredis.
- 23 Clericus haeres laici ex actione reali in defunctum convenitur coram Ecclesiastico.
- 24 Exequuntur agi non potest in foro seculari adversus clericum ut heredem laici.
- 25 Lex Principis secularis pro bono communi condita, etiam Ecclesiasticos astringit.
- 26 Publicum instrumentum, ac cetera, quae apud nos parata habent executionem, etiam in foro Ecclesiastico merentur eandem: non tamen eadem forma exequendi in utroque foro observatur, num. 29.
- 27 Iudex secularis si aliquando in clericum iure procedat, non exequitur per

se sententiam, sed executionem Ecclesiastico remittit.

28 Clericus haeres secularis defuncti quo in foro conveniri debet.

30 Perna stabilita in eos, qui non iure clericos ad forumulare trahere intendunt.

CAPUT VIII.

Ad Num. 1.

Insinuatio, seu publicatio testamenti a laico conditi, in quo est clericus haeres institutus, coram defuncti iudice fieri debet, non coram Ecclesiastico, l. 15. tit. 4. lib. 5. Recop. ubi Azev. n. 7. Matienz. ibidem, gloss. 1. Petr. Barbosa in l. Haeres absens, in princ. num. 190. de iudic. Bobadill. Polit. lib. 2. cap. 18 n. 168. Carleval. de iudic. lib. 1. disp. 2. num. 332. Molin. de iust. & iure, tract. 2. disp. 250. Pichard. manduct. ad prax. part. 2. praecip. 4. num. 7. Curia Philip. part. 1. §. 5. num. 30. Paz prax. tom. 2. praelud. 2. n. 42. ubi quod alius haeres hereditate privatur, sicut idem obtinuisse testatur, licet haec adveniantur conclusioni quoad jus commune. Tusch. lit. 1. concl. 345. & alii.

Rursus laicus haeres clerici pro insinuatione testamenti saeculare Tribunal adire tenetur, Guttier. Practic. lib. 2. quest. 48. Tell. Fernand. in l. 3. Tauri n. 11. Azev. sup. num. 9. Carleval. ubi proxime, Petr. Barbosa num. 190. & 197. qui duo ultimi in ea resident opinione, ut semper insinuatio sit peragenda in foro seculari, etsi clericus succedat clerico: tum quia in illo cautius publica instrumenta servantur, tum ne testatoris dispositio celetur, quod facilius in Tribunalibus Ecclesiasticis potest contingere: de quo tamen consulas Molin. Guttier. ubi pronuper, Cur. Philip. n. 26. & 28. Sed si quis ad pias causas testetur, Ecclesiasticus iudex erit competens ad insinuationem, D. Covar. in cap. Si heredes, num. 3. de testam. Molin. ubi sup. Cur. Philip. num. 26. Quando insinuatione sit opus, & qua forma expedienda, tradit Ant. Gom. in l. 3. Tauri, num. 4.

Premissa quaestioni affinis est illa de iudice competenti ad inventarii confessionem, cum Clericus laicum instituit, vel e contra: de quo varia extant placita, ut videre est apud Phanut, de inventar. part. 3. num. 25. Franc. Marc. part. 1.

Part. 1. decis. 1060. n. 4. Roland. à Valle de confectio. inventar. quest. 17. Cur. Philip. sup. num. 30. Carleval. d. disp. 2. à num. 133. Petr. Barbosa n. 177. cum seqq. Guttier. d. lib. 2. quest. 49. ex quibus Carlev. & Barbosa consequenter idem de inventario, ac de insinuatione sentiunt, ut scilicet confectio ad saecularem iudicem spectet.

Ad Num. 2.

4 Ceptum cum laico reo iudicium per litis contestationem ejus haeres Clericus prosequi apud eundem iudicem tenetur, explosa fori declinatoria. Greg. Lop. in l. 57. gloss. 6. tit. 6. p. 1. Castill. controvers. lib. 3. cap. 25. num. 49. Petr. Barb. sup. à num. 129. Carleval. num. 309. Bobad. d. cap. 18. num. 165. Gail. lib. 1. observ. 37. n. 8. Paz d. prael. 2. n. 40. Tondur. de prevent. iudic. p. 1. cap. 30. ex num. 51. & p. 2. cap. 12. n. 52. Aug. Barbosa de jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 39. n. 102. ubi plurimi, Parlad. quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 2. §. 1. num. 10. Amat. variar. resol. 86. n. 60. Villalob. Errar. commun. opinio. lit. C. num. 103. Olan. concord. jur. lit. C. n. 28. Avendañ. de exequend. mandas. lib. 1. cap. 1. num. 33. Salgad. de retent. Bullar. part. 2. cap. 12. n. 32. Simili modo si laicus clerico successerit post motam litem, coram Ecclesiastico causam peragere stringetur. Carleval. num. 319. Tondur. sup. part. 2. cap. 30. n. 50. Cujus resolutionis extensionem reperies infra, n. 17.

Ad Num. 3.

5 Clericus venditor, ut emptorem laicum super re vendita conventum tueatur, nequit causam ex saeculari deducere foro. Gregor. Lop. in l. 57. gloss. 6. tit. 6. p. 1. Petr. Barbosa in l. Venditor, num. 139. de iudic. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. num. 39. Bobad. d. cap. 18. n. 169. Hermof. in l. 33. gloss. 1. num. 17. tit. 5. p. 5. Guzm. de evict. q. 7. per tot. Salgad. de retent. Bullar. part. 2. cap. 13. num. 51. Amat. sup. n. 62. Aug. Barb. in d. l. 3. n. 116 & 118. Molin. de iust. & iur. tract. 2. disput. 380. n. 15. Fachin. controv. lib. 2. cap. 37. vers. Communis est, Tondur. de prev. iudic. part. 1. cap. 20. n. 19. Vide n. 11.

Ibi: Tamest contrariam sententiam.

Pro qua plures apud Petr. Barbof. D. de varia Covar. Enuc.

Guzm. & Aug. Barb. Sed prior ut receptum, ita & verior est, ideoque amplectendam sentio.

Ibi: Ad similitudinem Fisci.

Fiscus causam suscitatum adversus illum, qui emit ab ipso, ut defendat, ad proprios iudices advocat, Cancr. variar. lib. 2. cap. 16. num. 44. Tondur. d. cap. 20. num. 21. Peregrin. de jur. fise. lib. 7. tit. 1. num. 9. Alfar. de offic. fiscal. gloss. 16. n. 24. Carleval. de iudic. lib. 1. disp. 2. num. 703. ubi pluribus recensis, de praxi Castellae, ac Neapolis testificatur, Farinac. fragment. lit. Ep. 183. Guzm. de evict. quest. 8. per tot. Mangil. cod. tract. quest. 6. à n. 16. Duaren. ad tit. de iudic. cap. de for. compet. in fin. Cavalcan. lib. 1. decis. 8. Hermof. in d. l. 33. gloss. 1. n. 19. & ibi alii.

Imò emptor ipse, vel alius à Fisco causam habens, eo gaudet privilegio, ut ad fiscales iudices, opposita declinatoria, conventus refugiat; quandoquidem de iure, ac praedictio fisci discutitur. Peregrin. sup. num. 3. Hermof. n. 19. Alfar. gloss. 34. n. 69. Verum si fisci procurator patiat iudicium cum emptore peragi, ipso tuerente, processus absque nullitatis obiectione sustinebitur, quem iudex confecerit ordinarius. Peregrin. num. 5. Tondur. ubi proxime.

Sed adversus precipuum resolutionem, scilicet fiscum venditorem fori privilegio non juvari, sentiunt Barbosa sup. in d. l. Venditor, ex num. 151. de quo fuse differit, & alii, quos refert Hermof. num. 20. qui distinctione adhibita, inter se pugnantem sententiam nititur concordare; sed absolute communiore, ac praxi oportet adherere. Adde Aug. Barb. de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 39. n. 120.

Ibi: Aut nihil refert Fisci privilegium.

Fisco omnem suam causam, sive agat, sive conveniatur, ad proprium, & speciale forum revocare conceditur, l. 2. C. si advers. fise. l. 2. & per tot. C. ubi caus. fiscal. l. 3. C. de jur. fise. lib. 10. Carleval. d. disp. 2. num. 698. Guzm. sup. quest. 8. n. 8. Alfar. gloss. 16. num. 23. & 24. Salgad. Labyrinth. cred. p. 1. cap. 7. num. 15. qui plures cumulant: hoc autem singulare admodum privilegium nullibi ad Clericos invenitur extensum. Petr. Barbosa in d. l. Venditor, n. 149. praesertim cum privilegia potius sint restringenda, quam amplian